

DOMINICVS CONTARENVS

D U X C I V.

*Electus 3. Idus Octob. 1659. obiit die 26 Ianuari An. 1674.
cum sedisset An. xv. Mens. 3. dtes ii.*

S C H E M A V E T V S.

Bella ex bellis fata lauros mihi & palmas pepererunt. Stupens in meis classibus mare obriguit. Legationibus peragravi Europam. Plurimos excepi hospitio Principes. Ad Cretam totius Urbis vires expertus, multis praeliis victor extiti: bello tamen non victor, sed pace decoratus felix, & quæ omni victoria extitit gloriosior. Hec elicit potius precario, quam vi extorta, ea quasi testamento patriæ relictâ, decrepitus obi.

CIII



A virtutē Dominicus Contareno thronum meruit, sine quā Virtutes ipsæ spernuntur ut vitia. Moderatio hæc, quæ quo rarior, eo celebrior. Magistra namque Naturæ corruptæ, quæ nescia imperare sibi, post amissam Innocentiam arido trunco in foliis virtutē reliquit, de hoc meritis, quod prima operuere vitia. Per obitum Ioānis Pisauri, de Principatu instaurato ambitu, dum alii pro diademate certant, Atestini secessus otia quæ sivit; eo ceteris dignior, quod